



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

---

## PARTE OFICIAL.

---

*Carta que nuestro Exmo. é Ilmo. Prelado dirigió al Sumo Pontifice PIO IX al momento de haber recibido de oficio por conducto del Sr. Nuncio apostólico en Madrid la esposicion de los Obispos reunidos en Roma el dia de Pentecóstes de este año.*

### BEATISSIME PATER:

*Inter tot rerum discrimina et temporum insidias, Tu, amplissime Præsul, in terris vices Jesu-Christi gerens, fratres tuos auctoritate diriges et exemplo confirmas. Et quamvis labores et angustias multis abhinc annis pro rebus publicis mente et corde patiaris, tu semper constans et strenuus Sedem Apostolicam á Jesu-Christo tibi traditam, et sua jura canonicis institutis et antiquis traditionibus firmata, totis viribus et servas et defendis. Sed in tanta christianaæ societatis perturbatione, Sanctissime Pater, non parum solatii recepisti ob quam*

### SANTISIMO PADRE:

En medio de tan varia suerte de los sucesos y de la calamidad de los tiempos Tú, Pontífice escelso, Vicario de Jesucristo en la tierra, riges á tus hermanos con tu autoridad y los confirmas con tu ejemplo. Y aunque desde mucho tiempo estás sufriendo en tu mente y corazon muchos trabajos y angustias por el estado de las cosas públicas siempre constante y valeroso defiendes la Se de Apostólica que Jesucristo confió á tu cuidado y procuras tambien guardar sus derechos establecidos por las leyes canónicas y por antiguas tradiciones.

*plurima testimonia amoris et reverentiae omnium Episcoporum qui eamdem communionem, eamdem fidem, eamdemque doctrinam ante Petri Cathedram monstrarunt, praecepit in præclaro Romæ conventu diei solemnis Pentecostes proximè elapsi, cum una voce Te Pastorem maximum, Patrem eximium et fidei et divinæ Ecclesiæ auctoritatis Defensorem proclamarunt. Hanc inmortalis memoriae Præsulum congregacionem plus videre quam audire cupiebam, et vere ita contigisset si vita longevitas et virium robur labefactatum permississet. Sed saltem testimonium meæ unitatis cum Episcopis universæ catholicæ Ecclesiæ præbere toto animo desiderans, Beatissime Pater, voluntariè et solemniter expositioni fratrum meorum die octava elapsi Junii propria manu signatae adhereo et id ipsum censeo, firmiter teneo et ratum habeo. Interea, Beatissime Pater, Deum Omnipotentem rogo ut Te incolumem servet et quod pro tua benignitate Apostolicam Benedictionem mihi et omnibus fidelibus munieri meo commissis impartiri digneris.*

*Palmæ Balearium die tertia decima mensis Julii anni millesimi octingentessimi sexages-*

Mas á lo menos en medio de tanta perturbacion contra la sociedad cristiana, Santísimo Padre no habrás recibido pequeño consuelo de parte de todos los Obispos por tantos testimonios de amor y reverencia como te han dado y tantas muestras de una misma comunión, una misma Fé y una misma doctrina ante la Cátedra de S. Pedro, principalmente cuando en la muy singular reunion habida en Roma el dia solemn de Pentecóstés de este año Te aclamaron á una voz Pastor Supremo, augusto Padre y Defensor de la Fe y de la divina autoridad de la Iglesia. En cuanto á mi mas que oír hablar de esta congregacion de los prelados, que será de inmortal recuerdo, hubiera deseado verla y mi deseo se habria llenado si mi avanzada edad y achaques me lo hubiesen permitido. Mas queriendo al menos dar de todo mi corazon testimonio de mi unidad con los obispos de la Iglesia Católica, me adhiero, Santísimo Padre, voluntaria y solemnemente á la esposicion que mis venerables hermanos firmaron de su mano en 8 de junio ultimo, y lo mismo que ellos sienten, lo creo firmemente y lo ratifico. Al entretanto,

*simi secundi — Beatissime Pa-  
ter: — Ad Sanctitatis vestræ pe-  
des provolutus. — MICHAEL  
EPISCOPUS MAJORICEN-  
SIS.*

Santísimo Padre, ruego á Dios, Omnipotente que conserve tu salud y que en tu benignidad te dignes concederme á mi y á los fieles confiados á mi cuidado la Bendicion Apostólica.

Palma de Mallorca á 13 de julio de 1862. — Santisimo Padre. — A los pies de V. S. — MIGUEL OBISPO DE MALLORCA.

### TEXTO LATINO

DE LA

## EXPOSICION DE LOS PRELADOS

reunidos en Roma,

dirigida á S. Santidad el dia 8 de junio ultimo. (1)

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

## PIO IX PONTIFICI MAXIMO

*sacrorum antisites sacris solemnii sanctorum novensilium mar-  
tirum XXVI Japonæ et Michaelis de sanctis Romæ adstantes die  
festo Pentecostes anni MDCCCLXII.*

BEATISSIME PATER:

Ex quo Apostoli Jesu Christi sacro Pentecostes die Petro Ecclesiæ Capiti in oratione adherentes, Spiritum Sanctum acceperunt, et divino ejus impulsu acti, cunctarum fere nationum viris in Urbe sancta congregatis, unicuique sua lingua potentiam Dei mirabilem anunciarunt, numquam, ut credimus, ad hanc usque diem tot eorumdem haeredes, iisdem recurrentibus solemnii, venerandum Petri Successorem, orantem circumsteterunt decernentem audierunt, regentem roborarunt. Quemadmodum vero Apostolis media inter nascentis Eccle-

(1) La traducción de este documento está ya publicada en la página 189 y siguientes de este tomo de nuestro Boletín.

siæ pericula nihil jucundius accidere potuit, quam divino Spíitu recens afflato assistere primo Christi in terris Vicario; ita nec nobis præsentes inter Ecclesie Sanctæ angustias, antiquius sanctiusve aliud esse potuit, quam quidquid inest venerationis pietatisque erga Sanctitatem Tuam pectoribus nostris, ad pedes Beatitudinis Tuæ deponere, simul et unanimiter declarare, quanta presequamur admiratione præclaras, quibus Supremus Pontifex noster eminet virtutes, quantoque animo iis quæ Petrus alter docuit, vel quæ tam firmiter stata rataque esse voluit, adhæreamus.

Corda nostra novus inflamat ardor, vividior fidei lux mentem illuminat, sanetior animan corripit amor. Linguas nostras flammis illius sacri ignis vibrantes sentimus, quæ Mariæ, cui assidebant Apostoli mitissimum cor ardentiori pro hominum salute desiderio incendebant, ipsos vero Apóstolos ad magnalia Dei prædicanda impellebant.

Plurimas igitur agentes Beatitudini Tuæ gratias, quod nos ad Poutificium selium difficillimis hisce temporibus accurrere, Te afflictum solari, nostrosque Tibi, cléri item ac populi nostræ curæ commissorum animi sensus aperire permiseras, Tibi uno ore unaque mente acclamamus, omnia fausta, cuncta bona adprecantes. Vive diu, Sancte Pater, valeque ad Catholicam regendam Ecclesiam. Perge, ut facis, eam tuo robore tueri, tua prudentia dirigere, tuis exornare virtutibus. Praei nobis, ut bonus Pastor, exemplo, oves et agnos cœlesti pabulo pasce, aquis Sapientiæ cœlestis refice. Nam Tu sanæ doctrinæ nobis Magister, Tu unitatis centrum, Tu populis lumen indeficiens à divina Sapientia præparatum, Tu petra es, et ipsius Ecclesiæ fundamentum, contra quod inferorum portæ nunquam prævalebunt. Te loquente, Petrum audimus, Te decernente, Christo obtemperamus. Te miramur inter tantas molestias totque procellas fronte serena et imperturbato animo sacri muneric partibus fungentem, invictum et erectum.

Dum tamen justissima in his gloriandi nobis suppetunt argumenta, non possumus quin simul oculos ad tristia convertamus. Unde quaque enim menti nostræ se sistunt immania eorum facinora, qui pulcherrimam Italiæ terram cuius Tu, Beatissime Pater, columen es et decus, misere vastarunt, ipsumque tuum ac Sanctæ Sedis principatum, ex quo præclara quæque in civilem societatem veluti ex suo fonte dimanarunt, labefactare, ac funditus evertere connituntur. Nam neque perennia sæculorum jura, neque diurna regiminis pacifica possessio, neque tandem fædera totius Europæ auctoritate sancita et confirmata impedire potuerunt, quominus omnia susdeque verterentur, spretis legibus omnibus, qui-

bus hactenus suffulta stabant imperia.

Sed ut ad nostra proprius accedamus, te, Beatissime Pater, iis provinciis, quarum ope, et dignitati Sanctæ Sedis, et totius Ecclesiæ administrationi æquissime providebatur, nefario usurpatorum hominum scelere, qui non habent nisi velamen malitiæ libertatem, spoliatum cernimus. Quorum iniqüæ violentiæ cum Sanctitas Tua invictissimo animo obsterit, plurimas ei gratias, Catholicorum omnium nomine, censemus rependendas.

Civilem enim Sanctæ Sedis principatum ceu quiddam necessarium ac providente Deo manifeste institutum agnoscimus; nec declarare dubitamus, in præsenti rerum humanarum statu, ipsum hunc principatum civilem pro bono ac libero Ecclesiæ animarumve regimine omnino requiri. Oportebat sane totius Ecclesiæ Caput Romanum Pontificem nulli Principi esse subjectum, imo nullius hospitem; sed in proprio dominio ac regno sedentem suimet juris esse, et nobili, tranquilla, et alma libertate Catholicam Fidem tueri, ac propugnare, totamve regere ac gubernare chistianam rempublicam.

Quis autem inficiari possit in hoc rerum humanarum, opinionum, institutionumque conflictu necessarium esse ut servetur extrema in Europa medius, tres inter veteris mundi continentes, quidam veluti sacer locus et Sedes augustissima, unde populis principibusque vicissim oriatur vox quædam magna potensque, vox nempe justitiae et veritatis, nulli favens præ cæteris, nullius obsequens arbitrio, quam nec terendo compescere, nec ullis artibus quisquam possit circumvenire?

Qui porro vel hac vice fieri potuisset, ut Ecclesiæ Antistites securi huic ex toto orbe acurrerent cum Sanctitate Tua de rebus gravissimis acturi, si ex tot et tam diversis regionibus gentibusque confluentes, Principem aliquem invenissent his oris dominantem, qui vel Principes ipsorum in suspicione haberet, vel illis, suspectus ipse, adversaretur? Sua sunt etenim et christiano, et civi officia; haud quidem repugnantia inter se, sed diversa tamen; quæ adimpleri ab Episcopis quomodo possent, nisi persistaret Romæ civilis principatus, qualis est pontificum, juris alieni omnino immunis, et centrum quodammodo universalis concordiæ, nihil ambitionis humane spirans, nihil pro terrena dominatione moliens?

Ad liberum ergo Pontificem Regem venimus liberi, Ecclesiæ rebus utpote Pastores, et patriæ utpote cives bene et æque consulentes neque Pastorum, neque civium officia posthabentes.

Quæcum ita sint, quisnam Principatum illum tam vete-

rem, tanta auctoritate, et tanta necessitatibus vi conditum, audiat impugnare? Cui si vel jus illud humanum, in quo posita est principum securitas populorumque libertas attendatur quænam alia potestas possit comparari? Quæ tam venerabilis et sancta! Quæ sive pristinis, sive recentioribus sæculis monarchia vel respublica juribus tam augustis, tam antiquis, tam inviolabilibus possit gloriari? Quæ omnia si semel et in hac Sancta Sede despecta atque proculata fuerint quisnam vel princeps de regno, vel respublica de territorio possint esse securi? Ergo, Sanctissime Pater, pro religione quidem sed et pro justitia, juribusque, quæ sunt inter gentes rerum humanarum fundamenta, contendis alique decertas.

Sed de hac tan gravi causa vix nos deceat amplius verba proferre, qui Te de ipsa non tam disserentem quam docentem saepe saepius audivimus. Vox etenim Tua, quasi tuba sacerdotalis toti orbi clangens proclamavit, quod «singulari prorsus divinæ Providentiae consilio factum sit, ut Romanus Pontifex, quem Christus totius Ecclesiæ suæ Caput centrumque constituit civilem assequeretur principatum;» (1) ab omnibus igitur nobis esse pro certissimo tenendum non fortuito hoc regimen temporale Sanctæ Sedi accessisse, sed ex speciali divina dispositione illi esse tributum longave annorum serie, unanimi omnium regnum et imperiorum consensu, ac pæne miraculo corroboratum et conservatum.

Alto pariter, et solemní eloquio declarasti «Te civilem Romanæ Ecclesiæ Principatum ejusque temporales possessiones ac jura, que ad universum Catholicum orbem pertinent; integra et inviolata constanter tueri, et servare velle: immo Sanctæ Sedis Principatus Beatique Petri Patrimonii tutelam ad omnes Catholicos pertinere; Teque paratum esse animam potius ponere quam hanc Dei, Ecclesiæ ac justitiæ causam ullo modo deserere (2).» Quibus præclaris verbis nos acclamantes ac plaudentes respondemus, nos Tecum et ad carcerem et ad mortem ire paratos esse; Teque humiliter rogamus, ut in hac constantia, ac firmissimo proposito maneras immobilis, Angelis et hominibus invicti animi et summæ virtutis spectaculum factus. Id etiam à Te postulat Christi Ecclesia pro cuius feliciori regimine Romanis Pontificibus civilis principatus providentissime fuit attributus, quæque adeo sensit ejusdem tutelam ad ipsam pertinere, ut Sede olim Apostolica vacante, gravissimis in augstiis,

(1) Lit. Ap. XXVI Mar. 1860, p. 3, 5 Allocutio, XX Jun. 1859, p. 6. Encycl. XIX Jun. 1860, p. 4 Allocutio XVII, dec. 1860.

(2) Epist. Encycl., XIX Jan. 1860, p. 78.

temporales Romanæ Ecclesiæ possesiones omnes Constantiensis Concilii Patres, uti ex publicis patet documentis, in unum administrarent; id postulant Christi fideles per omnes terrarum orbis regiones dispersi, qui libere ad Te venire, libereque conscientiæ suæ consulere gestiunt; id denique ipsa civilis depositus societas, quæ ex Tui regiminis subversione sua ipsa nutare sentit fundamenta.

¶ Sed quid plura? Tu tandem aliquando scelestos homines et bonorum ecclesiasticorum direptores justo judicio damnans omnia quæ patraverant «irrita et nulla» proclamasti (1); actus omnes ab iis intentatos «illegitimos omnino et sacrilegos» esse decrevisti (2); ipsosque talium facinorum reos poenis et censuris ecclesiasticis obnoxios jure ac merito declarasti (3).

Hos tam graves Tui oris sermones, tamve præclara gesta nostrum est reverenter excipere, iisque plenum assensum renovare. Sicuti enim corpus capiti, cui jungitur membrorum compagine unaque vita, in omnibus condolet, ita nos Tecum consentire necesse est. Tibi in omni Tua hac acerbissima afflictione sic conjungimur ut quæ Tibi pati contingat, eadem et nos, amoris consensu, patiamur. Deum interea supplices invocamus, ut tam iniquæ rerum perturbationi finem ponat, Ecclesiamque Filii sui sponsam, tam misere expoliatam ac oppressam pristino decori ac libertati restituat.

Sed mirum nobis non est tam acriter, et infense Sedis Apostolicæ jura impetri et impugnari. Jam enim a pluribus annis, eo devenit nonnullorum hominum insania, ut non amplius singulas Ecclesiæ doctrinas rejicere, vel in dubium revocare conentur; sed totam penitus veritatem christianam, christianamque rempublicam funditus everttere sibi proponant. Hinc impiissima tentamina vanæ scientiæ, falsæque eruditio- nis contra Sacrarum Litterarum doctrinas, ipsarumque inspirationem; hinc malesana sollicitudo juventutem Ecclesiæ matris tutelæ subtractam quibusvis sæculi erroribus, vel seclusa saepius omni religiosa institutione, imbuendi; hinc novæ æque perniciosissimæ de sociali, politico æque ac religioso rerum ordine theoriæ, quæ impune quaquaversus sparguntur; hinc multis familiare, in his præsertim oris Ecclesiæ auctoritatem spernere, jura sibi vindicare, præcepta proculcare, ministros vilipendere, cultum derridere, ipsos de religione errores, imo ecclesiasticos quoque viros in perdi-

(1) Allocutio, XXVI Sept. 1859, p. VII.

(2) Allocutio, XX Jun. 1859, p. VIII.

(3) Litteræ Apostolicæ XXVI, Martii 1860.

tionis viam misere abeentes laudare ac in honore habere. Venerabiles Antistites ac Dei Sacerdotes exauctorantur, exulare coguntur, aut in carceres detruduntur; quinimo ante tribunalia civilia, pro constantia in sacro ministerio obeundo, contumeliose pertrahuntur. Gemunt Christi Sponsæ suis expulsæ tectis, inedia fere consumptæ, vel cito consumendæ; viri religiosi ad sæculum inviti remeare coguntur; sacro Ecclesiæ patrimonio violentæ manus injiciuntur; pessimorum librorum, ephemericidum, et imaginum colluvie, fidei, moribus veritati, ipsi verecundiaæ continuum aspergiumque bellum infertur.

Sed qui talia moliuntur optime norunt in Sancta Sede, velut in arce inexpugnabili, robur ac vires omnis veritatis ac justitiae inesse quibus retundantur hostium impetus; ibi esse speculam, ex qua vigiles Summi Custodis oculi paratas insidias à longe conspiciunt, suis anuntiandas commilitonibus. Hinc odium implacabile, hinc insanabilis livor, hinc continuum scelentissimorum hominum studium, ut Sanctam Romanam Ecclesiam ejusque Sedem deprimant, ac si fieri umquam posset, prorsus exscindant.

Quis, Beatissime Pater, talia conspiciens, vel etiam reconsita audiens, sibi temperet à lacrymis? Justo igitur dolore correpti oculos ac manus ad cœlos levamus, Divinum illum Spiritum toto mentis affectu implorantes, ut qui hac die olim nascentem Ecclesiam sub Petri regimine sanctificavit et roboravit; eam nunc, Te Pastore, Te Duce, tutetur, ampliet, ac glorificet. Testis sit votorum quæ nuncupamus, Maria per te Inmaculatæ titulo hoc ipso in loco solemniter aucta; testes hi sacri cineres quos veneramur Sanctorum Romanæ Ecclesiæ Patronorum Petri et Pauli; testes venerandæ exuviae tot Pontificum, Martirum ac Confessorum, quæ hanc ipsam, quam preimus terram, sanctam reddunt; testes tandem præcipue nobis adstent Sancti isti, qui Cœlitum Ordini hac ipsa die supremo Tuo judicio adscripti, hodie Ecclesiæ tutelam novo titulo sunt suscepturi, primasque omnipotenti Deo preces pro Tua quoque incolumitate suis de altaris oblati.

Adstantibus igitur istis omnibus, nos Episcopi, ne illud impietas vel ignorare simulet, vel audeat denegare, errores quos Tu damnasti, damnamus, doctrinas novas et peregrinas, quae in damnum Ecclesiæ Jesu Christi passim propagantur, detestamur et rejicimus; sacrilegia, rapinas, immunitatis ecclesiasticae violationes aliaque nefanda in Ecclesiam, Petrique Sedem commissa reprobamus, et condemnamus.

Hanc vero protestationem, quam publicis Ecclesiæ tabulis adscribi petimus, Fratrum etiam nostrorum qui absunt nomine, tuto proferimus; sive eorum qui, tot inter angustias,

vi detenti domi hodie silent ac plorant, sive qui gravibus negotiis, aut adversa valetudine impediti, nobiscum hodie adesse nequiverunt. Jungimus insuper nobis fidelem nostrum Clerum ac populum, qui eodem ac nos in Te amore, eadem pia reverentia animati, suum in Te studium, qua precibus sine intermissione fusis, qua opibus in Obulo S. Petri mira, ut plurimum largitate oblatis luculentissime comprobarunt, probe scientes sacrificiis suis id quoque curari, ut dum necessitatibus Supremi Pastoris consultitur, simul et ejusdem libertati servandæ prospiciatur.

Utinam ad communem hanc totius Orbis christiani, imo omnis socialis ordinis causam in tuto locandam universi populi conspirarent!

Utinam inteligerent erudirenturque Reges et sacerduli potestates, causam Pontificis omnium principum regnorumque esse causam, et quo tendant nefarii adversariorum ejus conatus, ac tandem *novissima providerent!*

Utinam recipiscerent infelices illi aliquod ecclesiastici et religiosi viri qui vocationis suæ immemores debitam Ecclesiae Præsulibus obedientiam denegantes, atque ipsum quoque Ecclesie magisterium temere usurpantes, in viam perditionis abierunt!

Hoc a Domino Tecum flentes, Beatissime Pater, enixe atque ex corde exoramus, dum ad tuos sacros pedes pro-voluti, a Te robar cœleste expetimus, quod Apostolica ac Paterna Benedictio tua valet impertire. Sit hæc copiosa et ex intimis penetralibus cordis tui largiter effluens, ut non tantum nos, sed absentes quoque dilectissimos Fratres itemque Fideles nobis commissos irriget ac perfundat. Sit talis quæ nostros et totius Orbis dolores leniat et demulcat, infirmitatem sublevet, operam ac laborem fecundet, feliciora demum Ecclesiae Sancte Dei tempora acceleret.

ROME hac die VIII mensis junii anno Domini MDCCCLII.

Marius card. Mattei episc. Ostiensis et Veltiernensis.—Constantinus Card. Patrizi episc. Portuensis, et S. Rufinæ—Aloisius card. Amat episc. Praenestinus—Antonius Maria card. Cagiano de Azevedo episc. Tusculanus—Hyeronimus card. D. Andrea episc. Sabinensis. — Ludovicus card. Altieri episc. Albanensis.—Engelbertus card. Sterckx archiep. Mehliniensis.—Ludovicus Jacobus Mauritius card. De Bonald archiep. Lugdunensis—Fridericus Joannes Joseph card. Schwarzenberg archiep. Pragensis—Dominicus card. Carafa de Trætto archiep. Beneventanus.—Xyxtus card. Riario Sforza archiep. Neapolitanus.—Jacobus Maria Ant. Cæsar card. Mathieu archiep. Bisuntinus.—Thomas card. Gousset archiep. Rhemensis.—Nicolaus card. Wiseman archiep. Westmonas-

teriensis.—Franciscus Augustus card. Donnet archiep. Burdigalensis.—Joannes card. Scitowki archiep. Strigoniensis.—Franciscus Nicolaus Maddalena card. Morlot archiep Parisiensis.—Johannes Maria card. Milesi abbas commend. et ordinarius Trium Fontium.—Michael card. Garcia Cuesta archiep. Compostellanus.—Cajetanus card. Bedini episc. Viterbiensis et Tuscanensis.—Ferdinandus card. De la Puente archiep. Burgensis.—Melchiades Ferlisi patr. Constantinopolitanus.—Carolus Belgrado patr. Antiochenus.—Joseph Tresvianato patr. Venetiaram.—Thomas Iglesias y Barcones patr. Indiarum Occidentalium.—Antonius Hassun primas Constantinopolitanus rit. armen.—Alcisius Maria Cardelli archiep. Achridensis.—Estephanus Missir archiep. Hieropolitanus rit. græc.—Laurentius Troche archiep. Babiloniensis Latinorum.—Tobias Aun archiep. Beryensis Maronitar.—Emmanuel Marongiu Nurra archiep. Calaritanus.—Joannes Joseph Maria De Jerphanion archiep. Albiensis.—Joannes Franc. Cometti archiep. Nicomediensis.—Mellonus Jolly archiep. Senonensis.—Leo de Przyluski archiep. Gnesnensis et Posnaniensis.—Alexander Asinari de Sanmarzano archiep. Ephesinus.—Edoardus Hurmuz archiep. Siracensis arm. rit.—Raphael D'Ambrosio archiep. Durrachiensis.—Joseph Maria De Belay archiep. Avenionensis.—Paulus Cullen archiep. Dublinensis.—Thomas Ludovicus Connolly archiep. Halifaxiensis.—Joannes Baptista Purcell archiep. Cincinnatiensis.—Joannes Hugues archiep. Neo-Eboracensis.—Renatus Franciscus Regner archiep. Camaracensis.—Maximilianus de Tarncczy archiep. Salisburgensis.—Antonius Ligi Bussi archiep. Iconcensis.—Aloisius Clementi archiep. Damascenus.—Silvester Guevara archiep. de Venezuela.—Joannes Zwysen archiep. Ultrajectensis.—Fridericus de Frustemberg archiep. Olomucensis.—Paulus Brunoni archiep. Taronensis.—Athanasius Sabugh archiep. Tyrenus Melchitar.—Andreas Bizzarri archiep. Philippensis.—Franciscus Xav. Apuzzo archiep. Surrentinus.—Andreas Gollmayr archiep. Goritiensis et Gradiscanus.—Victorius Tizzani archiep. Nisabinus.—Petrus Villanova Castellacci archiep. Petrensis.—Vincentius Spaccapietra archiep. Smyrnensis.—Michael Alexandriorum archiep. Hyerosolimanus armenor.—Marianus Ricciardi archiep. Reginensis.—Salvator Nobili Vitelleschi archiep. Seleuciensis.—Alexander Franchi archiep. Thessalonicensis.—Gregorius Scherr archiep. Monacensis et Frisingensis.—Georgius Claudius Ludovicus Pius Chalandon archiep. Aquensis.—Joseph Dominicus Costa y Borras archiep. Tarragonensis.—Ludovicus De la Lastra y Cuesta archiep. Vallisolanus.—Gustavus d'Hohenlohe archiep. Edessenus.—Cajetanus Pace-Forno archiep. Melitensis.—Phi-

lippus Gallo archiep. Patracensis.—Petrus Giannelli archiep.  
 Sardiensis.—Emanuel Gorgia Gil archiep. Cæsaraugustanus.  
 —Goffredus Saint-Marc archiep. Rhedonensis —Julianus Florianus Desprez archiep. Tolosanus.—Espiridion Magdalena archiep Corcyrensis.—Marianus Barrio y Fernandez archiep. Valentinus —Franciscus August. Delamare archiep. Anxitanus.—Carolus De la Tour D'Auvergne Lauragnois archiep. Bituricensis.—Meledius archiep. Dramas rito græc.  
 —Petrus Dominicus Maupas archiep. Jadrensis.—Ignatius Giustiniani episc. Chiensis.—Raphael Sanctes Casanelli episc. Adiacensis.—Ludovicus Carolus Feron episc. Claramontensis.—Guillelmus Sillani episc. Jam Terracinensis.—Nicolau Joseph Dehussele episc. Namurcensis.—Ignatius Bourget episc. Marianopolitanus.—Jacobus Gillis episc. Lymirensis.  
 —Fridericus Gabriel De Marguerye episc. Augustodunensis.—Joseph Montieri episc. Aquinatensis, Pontis Curvi et Soranus.  
 —Ludovicus Joseph Delebecque episc. Gandavensis.—Ludovicus Besi episc. Canopensis.—Georgius Antonius Stalh episc. Erbipolensis.—Tomas Joseph Brown episc. Neoportensis.—Carolus Gigli episc. Tiburtinus.—Franciscus Maria Vibert episc. Maurianensis.—Joannes Armatus D. Vesius episc Agenensis.—Joannes Topich episc. Philippopolitanus.—Nicolaus Crispigni episc. Mandalensis—Andreas Raeszy episc. Argentiniensis.—Nicolaus Weis episc Spirensis.—Joseph Armandus Gignoux episc. Bellovaceensis, Naroniensis et Sylvanectensis.—Joannes Baptista Leonardus Bertaud episc. Tutelensis.—Joannes Jacobus David Bordon epis. Cadurcensis.—Guillelmus Arnoldi episc. Trevirensis.—Joannes Franciscus Wheland episc. Aureliopolitanus.—Paulus Georgius Dupont des Loges episc. Metensis.—Joannes Bernardus Fitzpatrick episc. Bostoniensis.—Joannes Mac Closkey episc. Albanensis in Amer.—Petrus Severini episc. Sappensis in Albania.—Joannes Martinus Henny episc. Milwachiensis.—Joannes Baptista Rosani episc. Eritrensis.—Joannes Donney episc. Montis Albani.—Petrus Joseph De Petrus episc. Sedunensis.—Garpar Borowski episc. Luceoriensis et Zytomeriensis.—Carolus Mac Nally episc. Clogheriensis.—Bernardus Maria Tirabassi episc. Ferentinus.—Urbanus Bogdanovich episc. Europensis.—Jacobus Maria Josep Bailles episc. Jam Luconensis.—Joannes Baptista Pellei episc. Aquipendiensis.—Stephanus Marilley episc. Lausannensis et Genovensis.—Theodorus Agustinus Forcade episc. Nivernensis.—Ludovicus Antonius August. Pavys episc. Julia Cæsarensis.—Antonius Martynus Slomscher episc. Lavantinus.—Guillelmus Bernardus Ullathorne episc. Birminghamensis.—Aloisius Ricci episc. Signinus.—Joseph August. Victor. De Morlon episc. Aniciensis.—Joannes Timon episc. Buffalensis.—

Amadeus Rappe episc. Clevelandensis.—Guillelmus Keane episc.  
 Cloynensis.—Joseph Maria Benedictus Serra episc. Daulensis.—Paulus Dodmassei episc. Alexiensis.—Angelus Parsi episc.  
 Nicopolitanus.—Joannes Georgius Müdier episc. Monasteriensis.—Camillus Bisleti episc. Cornetanus et Centumcellarum.—  
 Joannes Thomas Mullock episc. S. Joann. de Terra Nuova.—Dominicus Canubio y Alberto episc. Segobricensis.—Joannes Antonius Balma episc. Pholemaidensis.—Aloisius Kobes episc. Metonensis.—Julianus Maria Meirieu episc. Diniensis.—Joannes Anton. Maria Foulquier episc. Mimatensis.—Franciscus Kelly episc. Titopolitanus.—Antonius Felix Dupanloup episc. Aurelianensis.—Joannes Antonius episc. Aréthusinus.—Joannes Ranoilder episc. Vesprimiensis.—Petrus Simon Lud. De Dreux Bréxé episc. Molinensis.—Joseph Arachial episc. Trapezuntinus armen.—Franciscus Petagna episc. Castrimaris.—Guillelmus De Ketteler episc. Moguntinus.—Antonius Carolus Cousseau episc. Engolismensis.—Clemens Mungia episc. Mecoacanus.—Carolus Franciscus Baillargeon episc. Thloanus.—Guillelmus Turner episc. Salfordensis.—Mathias Augustinus Mencacci episc. civ. Castellanæ Hortanus et Gallesinus.—Joannes Petrus Mobile episc. Varsaliensis.—Thomas Grant episc. Suthwarcensis.—Cajatenus Brinciotti episc. Balneoregiensis.—Joannes Bap. Paulus Maria Lyonnet episc. Valentiniensis.—Ignatius Feirgelle episc. S. Hippoliti.—Ludovicus Haynald episc. Transilvaniensis.—Joannes Jacobus Antonius Guerrin episc. Ligonensis.—Ludovicus Eugenius Regnault episc. Carnutensis.—Joseph La Rocque episc. S. Hyacinthi.—Joseph Cardoni episc. Caristensis.—Gesualdus Vitali episc. Agathopolitanus.—Laurentius Biancheri episc. Legionensis.—Aloisius Filippi episc. Aquilanu.—Joseph Maria Ginoulhac episc. Gratianopolitanus.—Franciscus Joseph Rudiger episc. Linciensis.—Joseph Caixal y Estrade episc. Urgellensis.—Joannes Kilduff episc. Ardagadensis.—Joannes Loughlin episc. Broklynensis.—Joannes Franciscus a Paula Verea episc. De Linares.—Jacobus Roosevelt Baylay episc. Nevarcensis.—Petrus Espinosa episc. de Guadalaxara.—Aloisius Ciurcia episc. Scodrensis.—Ottocarus de Attems episc. Secoviensis.—Nicolaus Bedini episc. Terracinensis.—Ludovicus Maria Joseph Caverot episc. S. Deodati—Hieronimus Fernandez episc Palentinus.—David Moriarty episc. Keriensis et Aghadonensis.—Benedictus Riccabona episc. Tridentinus.—Olympus Philip. Gerbet. episc. Elnensis—Aloisius Jona episc. Montis Fahsci.—Petrus Barajas epis. Sancti Aloisii Potosiensis.—David Bacon episc. Portlandensis.—Franciscus Alexander Roullet de la Bovillerie episc. Carcassonensis.—Joannes Joseph Vitezich episc. Vegliensis et Arbensis.—Cajetanus Rodilossi episc. Alatrinus.—Nicolaus Renatus Sergant

episc. Corisopitensis.—Pelagius Antonius Layastida episc. Tlas-  
calensis.—Guillelmus Vaughan episc. Phlymoutensis.—Lauren-  
tius Signani episc. Sutrinus et Nepensinus.—Nicolaus Pace  
episc. Amerinus.—Claudius Enricus Planiter episc. Nemau-  
siensis.—Jacobus Duggan episc. Chicagiensis.—Clemens Smith  
episc. Dubuquensis.—Andreas Casasola episc. Concordiensis.—  
Antonius Joseph Jourdany episc. Foro Juliensis et Tolonensis.—  
Laurentius Gilooly episc. Elphinensis.—Daniel Mag—Gettingan  
episc. Rapotensis.—Joannes Dolton episc. Portus Gratiae.—Joan-  
nes Farrell episc. Hamiltonensis.—Stephanus Semeria episc.  
Olympensis.—Carolus Nicolaus Didiot episc. Baiociensis.—Cor-  
radus Martin episc. Paterbonensis.—Joannes Onoratus Bara  
episc. Catalaunensis.—Joseph Wiber episc. Halanensis.—Lau-  
rentius Bergeretti episc. Sanctoriensis.—Michael Marszewki  
episc. Wladislaviensis.—Vincentius Gasser episc. Briximensis.  
—Franciscus Marinelli episc. Porphyriensis.—Fortunatus Mau-  
rizi episc. Verulanus.—Federicus Jacobus Wood episc. Phi-  
ladelphiensis.—Joannes Mac Eviley episc. Glaviensis.—Thomas  
Furlong episc. Fernensis.—Guillelmus Joseph Clifford episc.  
Cliftonensis.—Petrus Enricus Geraud de Longaleric episc.  
Bellicensis.—Ludovicus Delcausy episc. Vivariensis.—Joannes  
Simor episc. Jauriensis.—Joannes Bapt. Scandella episc. Anti-  
ncensis.—Paulus Melchers episc. S. Flori.—Anastasius Rodrigus Yus-  
to episc. Salamantinus.—Joannes Ignatius Moreno episc. Ove-  
tensis.—Antonius Dominguez y Valdecañas episc. Guadixen-  
sis.—Michael O Hea episc. Rossensis.—Bernardus Conde y Cor-  
ral episc. Placentinus prov. comp.—Franciscus a Paula Be-  
navides episc. Saguntinus.—Ferdinandus Blanco episc. Abu-  
lensis.—Joannes Joseph Castaner y Rivas episc. Vicensis.—  
Cosmas Marrordan y Rubio episc. Tirasonensis.—Mattaeus  
Jaume y Garau episc. Minoricensis.—Petrus Lucas Asensio  
episc. Jacensis.—Joseph Maria Papardo episc. Sinopensis.—Cle-  
mens Pagliari episc. Anagninus.—Franciscus Mac-Farland episc.  
Harfordiensis.—Franciscus Lacroix episc. Baionensis.—Ignatius  
Senestrey episc. Ratisbonensis.—Joannes Sebast. Devoucoux  
episc. Ebroicensis.—Edoardus Horan episc. Kingstoniensis.—  
Franciscus Kerril Amherst episc. Northantoniensis.—Paschalis  
Vuihic. episc. Antiphellensis.—Andreas Rosales y Muñoz episc.  
Gienensis.—Michael Payá y Rico episc. Conchiensis.—Petrus  
Cubero y Lopez de Padilla episc. Oriolensis.—Joannes Anto-  
nius Augustus Beleval episc. Apamiensis.—Valentinus Wiery  
episc. Gurcensis.—Antonius Halagi episc. Arturiensis rit. arm.—  
Joannes Joseph Lynk episc Torontinus.—Joseph Lopez-Crespo  
episc. Santanderiensis.—Ludovicus Maria Oliverius Epivent  
episc. Aturensis.—Petrus Jeremias Michael Angelus Celesia

episc. Páctensis.-Alexander Paulus Spoglia episc. Ripanus.- Joannes Monetti episc. Cerviensis.-Petrus Mac-Intyre episc. Carolinopolitanus.-Michael Domenech episc. Pittsburgensis.- Alexander Bonnax episc. Csanadiensis et Temesvariensis.-Darius Bucciarelli episc. Pulatensis.-Gherardus Petrus Wilmer episc. Harlemensis.-Georgius Butler episc. Cidoniensis.-Patri- tius Franciscus Cruica episc. Marsilensis.-Joseph Maria Co- varubias episc. de Antequera.-Robertus Cornthwaite episc. Beverlacensis.-Aloisius Di Canossa episc. Veronensis.-Lauren- tius Studach episc. Orthosiensis.-Joseph Berardi archip. elec- tus Nicenus.

---

### HABILITACION DEL CLERO DE LAS BALEARES.

El Sr. Administrador Económico de esta Diócesi me dice con fecha de 19 del actual lo que sigue:

«La ordenacion general de pagos del Ministerio de Gracia y Justicia en comunicacion de 27 de junio últi- mo, me exigia remitiese inutilizados 124 sellos de 50 céntimos para colocarlos en varios documentos de las cuentas de gastos públicos del primer trimestre de este año; y si bien con fecha 3 del actual le incluí cuatro de aquellos, dejé de hacerlo de 120, fundándome en que perteneciendo estos á documentos referentes al ma- terial del clero, no los juzgó V. necesarios al tenor de la aclaracion que hace la Real Orden de 28 de febrero último al art. 18 del Real decreto de 12 de setiembre del año próximo pasado: (1) Pero aquella superioridad insistiendo en su anterior pedido, me dice con fecha 9 de los corrientes lo que sigue:

*La regla 6º del art. 18 del Real decreto de 12 de setiembre último dice así:—Los que reciban alguna cantid- ad, valores ó efectos del Estado por reintegro de anti- cipos, devoluciones de depósitos, cobro de intereses de papel de la deuda pública, compra ó venta de efectos suminis- trados, remuneracion de servicios ó por cualquiera otro*

---

(1) Vease la página 83 tom. 2.º de este Boletín.

concepto.—Y como lo determinado en la primera preventiva de la Real Orden de 28 de febrero último que V. S. cita en su oficio de 3 del corriente, únicamente se contrae á la dotación del personal del Clero, que fué el objeto de la consulta que la produjo; y ahora se trata de las obligaciones del material, ó sea del culto, comprendidas como todas las demás que están al cargo del Tesoro público en la regla inserta; lo advierto á V. S. para los fines correspondientes y por contestación á su citado oficio.

Lo que traspasado á V. para su inteligencia, gobierno y cumplimiento.»

En virtud de la disposición superior preinserta deberán en adelante ponerse los sellos de 50 céntimos en los recibos de 300 ó mas reales que con destino al material cobren de mi mano los señores individuos del clero, y deberán ademas satisfacer el importe de los que debieron haberse puesto en los documentos del primer trimestre de este año, para poder verificar por mi mano el reintegro de los 120 sellos de que se ha tratado arriba.

Y se hace público por medio de este Boletín para que sepan los interesados el motivo de la baja que sufrirán al efectuárseles el pago de la mensualidad de julio, próxima á espirar.

Palma 24 julio 1862.—El Habilitado.—Teodoro Alcover.

#### ADMINISTRACION ECONÓMICA DE LA DIÓCESI DE MALLORCA.

Habiéndose recibido en esta Administración los tomos 11 y 12 de la *Biografía Eclesiástica completa*, se hace saber á los Señores Eclesiásticos de esta Diócesi, suscritos á dicha obra, ó á sus herederos, para que se sirvan pasar á recoger los expresados tomos.

Palma 4 de Julio de 1862.—Juan Sureda y Villa-longa.

## GOBIERNO DE LA PROVINCIA DE LAS BALEARES.

*Sanidad.*—Levantada por mi circular de 27 del mes anterior la prohibicion de conducir los cadáveres á los templos para las exequias y preces de cuerpo presente, facultad que se habia suspendido por este gobierno en 6 de febrero del año ultimo con motivo de la epidemia de viruelas entonces reinante y que ha continuado hasta hace poco, y conceptuando necesaria la adopcion de medidas que concilien dicha costumbre y la de las conducciones á los cementerios con la cultura de la época y la salubridad pública, y eviten á la vez las asficsias y enterramientos de vivos en casos de defunciones aparentes no tan raros por desgracia como se cree, he resuelto, de acuerdo con la junta provincial de sanidad, la observancia de las siguientes reglas:

1.<sup>a</sup> Los cadáveres deberán extraerse de las poblaciones antes de las 24 horas del fallecimiento, conduciéndoles por el camino mas corto, habilitado al efecto, desde la casa mortuoria al cementerio rural, colocados en ataúdes cerrados con llave en cuyas tapas habrá precisamente 12 agujeros circulares del diámetro de 15 milímetros, á fin de que, renovándose de continuo el aire contenido dentro, no pueda ocurrir nunca el caso de una asficsia.

2.<sup>a</sup> Los cadáveres á quienes se quiera celebrar honras fúnebres de cuerpo presente deberán ser conducidos en ataúdes cerrados, conforme se expresa en la regla anterior, á la iglesia, donde permanecerá sin abrirse el tiempo indispensable para la celebracion de las referidas honras.

3.<sup>a</sup> No serán admitidos en las iglesias sin que vayan acompañados ó se hubiese presentado previamente al señor cura párroco ó su teniente una papeleta estendida en papel comun, en la que espresé bajo su firma el señor facultativo que asistiera al difunto, la enfermedad de que murió, si era ó no contagiosa, que el cadáver no amenaza una próxima corrupcion ni ofrece otro inconveniente para la salud pública. En estas papeletas deberá constar ademas el permiso de los señores alcaldes respectivos.

4.<sup>a</sup> Inmediatamente de hallarse los cadáveres en los depó-

sitos de los cementerios, es decir, á las 24 horas á lo mas de ocurrido el fallecimiento tanto si hubiesen sido llevados á la iglesia, como si no, se abrirá y levantará la tapa del ataúd, permaneciendo los cadáveres de esta manera descubiertos hasta haberse completado el espacio de 36 horas que deberá mediar precisamente desde el fallecimiento á la inhumacion, á menos que lo impidiere una precoz descomposicion.

5.<sup>a</sup> Los capellanes, celadores ó encargados de los cementerios, no admitirán ningun cadáver sin que les presenten a mismo tiempo la papeleta de que habla la regla 3.<sup>a</sup>, á tenor de lo prevenido en la real orden de 1.<sup>o</sup> de diciembre de 1<sup>o</sup>37. Respecto de los cadáveres que no hayan de ser conducidos á la iglesia, los señores facultativos podrán limitarse á espresar en las papeletas la enfermedad de que aquellos hubiesen sucumbido.

6.<sup>a</sup> Los mismos empleados trasladarán íntegras las mencionadas papeletas al libro registro que deben llevar. De las faltas de cumplimiento de lo que se dispone en esta regla y en la precedente responderán dichos empleados con su destino.

7.<sup>a</sup> y última. Los señores subdelegados de medicina y cirugía se servirán cuidar de que los señores profesores de sus respectivos partidos cumplan y suministren con la mayor exactitud posible las noticias que deben contener los documentos que están obligados á facilitar por la presente y en virtud de la real orden citada.

Los señores alcaldes se servirán publicar por pregon y demás medios de costumbre la presente circular, espidiendo ademas las órdenes necesarias á sus dependientes, y muy particularmente á los encargados de los cementerios, para que las prescripciones de la misma sean observadas con toda puntualidad, y adoptando por otra parte las medidas que su celo les sugiera á fin de que no se cometá la menor omision de manera que la práctica de todas ellas se convierla pronto en costumbre, objeto que las autoridades locales deben esmerarse en conseguir siempre que se trata de disposiciones de la naturaleza de las que preceden análogas.

Palma 3 de junio de 1862.—El marques de Ulagares.



## CRÓNICA DE LA DIÓCESI.

En los días 8 y 9 de este mes nuestro Exmo. Prelado administró el Santo Sacramento de la Confirmación en la villa de Manacor á 399 niños y á 401 niñas naturales de aquel pueblo. Fueron padrinos de los niños D. Mateo Juan y Nadal y D. Jaime Bosch y Sureda Pros. y beneficiados en aquella parroquia, y madrinas de las niñas las señoritas doña Catalina Bonet y Truyol, doña Juana Ana Roselló y Nadal y doña Margarita Ferrer y Mesquida.

El dia 10 pasó Su Exma. Ilma. á administrar el expresado Sacramento en la parroquia de Felanitx, donde fueron confirmados 414 niños asistiendo de padrinos los Pros. D. Damian Bordoy y Vidal, D. José Barceló y Ramon, D. Jaime Oliver y Roselló, D. Jaime Bennasar y Vaquer y D. Bernardo Reus y Obrador, y 372 niñas á las cuales asistieron de madrinas las señoras doña Antonia Ana Vidal y Salvá de Ramon, doña Antonia Carrió y Ramon de Obrador, doña María Margarita Suau y Meliá de Caldentey, doña Antonia Font y Vidal de Planas, doña Antonia Obrador y Ramon de Llodrá, doña María Sitjar y Coll de Bordoy y doña Francisca Ana Riera y Tauler de Alsamora.

Con fecha del 14 de este mes fueron aprobadas por S. M. las propuestas en Roma que había hecho nuestro Exmo. é Ilmo. Prelado para los curatos de La Puebla de término, y Campanet de 2.<sup>º</sup> ascenso y han sido nombrados en consecuencia Curas Párocos D. Bartolomé Clar para el 1.<sup>º</sup> y D. Antonio Real para el 2.<sup>º</sup>. Ambos están ya regentando su respectiva parroquia en clase de económos.

Recomendamos á los señores Eclesiásticos y principalmente á los encargados de la cura de almas la obra titulada EL ANCORA DEL COADJUTOR, MANUAL RAZONADO Y COMPLETO, TEÓRICO-PRÁCTICO,

ECLESIÁSTICO-CIVIL DE PROCEDIMIENTO PARROQUIAL, escrita por el presbítero D. Jaime Agusti y Meliá, Doctor en Teología, licenciado en derecho civil y canónico, Bachiler en filosofía y letras, abogado de los tribunales del reino, Ex-coadjutor de las parroquias de Santa María de Gracia y de nuestra Sra. del Cármén de Barcelona, y Capellan mayor de las adoratrices y esclavas del Santísimo y de la caridad en Madrid.

Es un guia ilustrado y celoso que lleva de la mano á los párrocos y coadjutores en todo cuanto fácil y difícil puede ocurrir en el desempeño del cargo parroquial enseñándoles la manera como deben proceder en todos los casos para lograr el acierto con toda seguridad.

Para conocer la aceptacion que ha merecido el *Ancora del Coadjutor* basta saber que en solos cuatro meses no quedó un solo ejemplar de la primera edicion por cuyo motivo su autor la ha dado otra vez á luz corregida y aumentada, y con las variaciones que aconsejan las circunstancias; sobre todo la nueva ley del papel sellado y la recientemente promulgada sobre el consentimiento paterno para el matrimonio de los hijos menores de edad.

Véndese á 26 rs. en rústica y 30 en pasta.

Los interesados que á continuacion se expresan, acreedores al Estado por débitos procedentes de la Deuda del personal pueden acudir por sí ó por persona autorizada al efecto en la forma que previene la Real órden de 23 de febrero de 1856 en la Tesorería de la Dirección general de la Deuda de diez á tres en los días no feriados, á recoger los créditos de dicha Deuda que se han emitido á virtud de las liquidaciones practicadas por la Ordenación general de pagos del ministerio de Gracia y Justicia.

D. Juan Simonet.

D. Miguel Arrom.

## NECROLOGÍAS.

En la tarde del 16 de junio falleció en La Puebla el Pro. D. Sebastian Socías y Socías á la edad de sesenta y un años y tres meses.

En la mañana del dia 19 del mismo mes falleció en Biniamar D. Abdón Llampayas y Prats Pro. carmelita exclaustrado á la edad de ochenta y tres años y tres meses.

El dia 7 de julio falleció en el convento de Capuchinas de esta Capital Sor María Apolonia Andreu, religiosa de obediencia, á la edad de setenta y tres años, llevando 46 años de hábito.

En el convento de Santa Catalina de Sena de esta ciudad falleció el dia 18 de este mes Sor María Coloma de la Cruz Prohens, religiosa de coro.

A. E. R. I. P. A.

---

ADVERTENCIA.

Esta publicacion saldrá dos veces cada mes de quince en quince dias ordinariamente, y por estraordinario cuando lo disponga el Exceletísimo é Ilmo. Sr. Obispo. El precio de suscripcion es de seis reales adelantados cada trimestre. Los señores suscriptores residentes en esta capital recibirán el periódico á domicilio, y los demás del obispado por el correo, franco de porte. Las reclamaciones por falta de números se harán á D. Pedro Juan Juliá Pro. que vive en el palacio episcopal, y al mismo se acudirá para las suscripciones que se deseen.

---

PALMA DE MALLORCA.

**Imprenta de la V. de Villalonga.**